Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift

est oculorum dolorem. Cumque postea beatus
presul videret eum in choro sedentem coopto
capite sicut mos est egrotantium in oculis
nimia motus accessit ad illum et quid doloris
pateretur exquirit. At ille dolorem oculorum
questus humiliter ab eo benedictionem postulauit.
Cuius dolori compaciens sanctus uir oculos eius
signauit. sicque sanitati pristine restitu
it. Sed ne per hoc signo diuulgaretur. quasi
pro medela faciem lauare iussit. De muli-
ere demoniaca curata Cap. xxxiij

Dum idem presul tempore quodam sedet iuxta
cemeterios apud sancti pauli monaste
rium. mulier quedam ab inmundo spiritu
uexata. ante illum deferebatur. Sed mox
ut ante presenciam eius uenit. cadens intra
ineffabiliter cepit fatigari. Sanctus autem dei
famulus suspirans ad eos qui secum fuerant
dixit. Si dignus essem quod quam ab omnipo
tenti deo impetrando accipere. pro nulla re li
bencius dominum deprecarer. quam ut suum plas
ma dignaretur a maligni hostis incursu
liberare. Nec autem illius qui digni sunt
a domino exaudiri intelligentes, nos uel aliquos
psalmos compaciendo interim dicamus
Tunc psalmos quosdam cantans. suppli
citer pro ea orationem fudit. At illa iterum
iacens. quasi dormiendo omnia membra
contremuit. Cumque finem faceret orandi
ad circumstantes respiciens. tollite inquit eam
domumque reducentes. si possit aliquid reficite.
Qua sublata et cibo refecta. mox liberata
est. Item de alia Muliere demoniaca cu
rata Cap. xxxiiij

Item alia mulier a de
monio ~~curata~~ [vexata] obsessa. coram eo deduc
ta est. Vir autem dei fauores humanos
fugiens. ad eos qui ferebant illam. dixit.
Quid in uestros aduehitis infirmos?
Ducite eam in ecclesiam et orantes pro
illa forsitan in hoc deus nos exaudiet.

Moxque ducta est in ecclesiam. Et quoniam
tempus erat congruum. ipse sequens missam
celebrauit. Qua celebrata omnes qui ad
erant. preter infirmam exibant. Unus autem
de capellanis sub sagin[al. sarmario]ario abscondens
se filtro quid acturus esset diligencius intue
batur. Porro sanctus uir breui oratione completa
egredi cepit. Cui eadem mulier demoni
aca obuiam stans solito more bachata est
At ille confidens in christum quasi percutere
eam uellet palmam extendit occulteque
dixit. Exi nequissime. Tunc sit ille qui ab
sconditus erat fatebatur intollerabilis fetor
senciebatur. Deinde mox liberata cecidit
et deo gracias egit. Beatus autem presul egressus
dixit qui astabant ministris. Intrantes
ad mulierem illam et de ec-clesia educite
et si uelit date illi manducare. preterque ne ul
terius pro hac causa ad nos ueniat interdicite.
Quibus uerbis satis declaratur quanta solerci
a qualique industria omnem fugit iactan
ciam cenodoxie. mallens interdum se inuen
tem simulare. quam hominibus placere. Qua
liter uice domini sui tonitrui fulguris
que terrore moribundum sanitati reddiderit

Inter hec etiam quod uice domini Cap. xxxv.
no suo cui nomen tagkmin [al. tagini] cuius quoque
superius mencionem feci contigit non pretereundum
uidetur. Is etenim precipue sancti uiri wolfgan
gi familiaritate fungebatur et multo quam
ceteri omnem fidei prouectum eius se subdebat
obsequio. Cum ergo esset weltinopoli
in estatis tempore quadam die sicut estiuis solent
temporibus tonitrua cum coruscacionibus mugi
re ceperunt. Quadere episcopus et qui secum
fuerant perterriti. cum omni preci diligen
ciam a se minuerunt. Cumque nimio tonitrui
coruscacionumque terrore afficeretur. tandem
tam grauis ictus tempestatis tremende
intonuit. ut ipsius habitaculi murus